



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Petri Ioannis Perpiniani Valentini, Societatis Iesv
Presbyteri. Orationes Dvodeviginti**

Perpiña, Pedro Juan

Lvgdvni, 1622

Primam de Societatis Iesv gymnasiis, & de eius dicendi ratione habuit
Conimbricae, Kalend. Octobris, 1555. cum Lusitaniae rex inuictissimus
Ioannes hoc nomine tertius Conimbricense gymnasium ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-13368



PETRI IOANNIS
PERPINIANI

DE SOCIETATIS IESV
GYMNASIIS.

ORATIO I.

*Habita est cum Rex Lusitania inuictissimus
Ioannes, hoc nomine tertius, Conimbricenſe
gymnasium Societatis Iesu tradidisset.*



Et si natura ipsa ita compara-
tum est, Pontifices vigilantis-
simi, viri quædoctissimi, ut ma-
iora se quisque sustinere pos-
se arbitretur, quàm quæ tota
eius ingenium ac vires ferre queant: sæpè-
que falsa quadam existimatione roboris,
mediocria illa onera esse putet, quorû pòde-
re oppressus, vix se vsquam cò mouere po-
sit; tamen huius rei, quæ à nobis hodierno
die suscipitur, magnitudo tanta est & gra-
uitas, ut facilè cuiusuis hominis animum, &
se rebus omnibus futurum esse parem exi-
stimant

stimantis, debilitare possit ac frangere, ne dum nostrum, quorum susceptæ vitæ rationes id quodam modo videntur suo iure postulare, ut nullum tam leue ducamus onus, cui non vires nostras impares esse fateamur: nam ad illud nos aggredi video, in quo, ut à nulla officij parte recedamus, difficile factu est, ut verò afferamus aliquid omnium ordinum expectatione dignum, ut doctissimorum virorum animos expleamus, ut respondeamus tam celebris Academiae nomini atque famæ; quæ magnam iam terrarum orbis partem peragravit; vix ab hac mediocritate, vel tenuitate potius requirendum est. Cogitate enim de primis illis initiis huius augustissimi sapientiæ domicilij ac repetite memoria, qui primi in his musarum sedibus Lusitanam iuventutem ad humanitatem informarint: atque inde sensim, quasi per quosdam annorum gradus, ad hæc nostra tempora delabentes, singulorum doctorum qui sunt in hac aliquando luce versati laudem atque gloriam ponderate: nimirum primos illos huius Academiae patronos tales fuisse comperieris, quales à potentissimo rege, literarumque amantissimo accersiri debuerunt, & quibus vix quidquam perfectius in hoc docendi genere Lusitania, illis præsertim temporibus,

poribus, ausa est optare: quorum nomini
hoc sanctissimum philosophiæ sacrarium:
hæ humanitati consecratæ sedes, mirum
quantum sint dignitatis & amplitudinis
consecratæ; eos autem qui illis successe-
runt, tam singulari fuisse doctrina fatebi-
mini, tam subtili ac recondita imbutos ma-
ximarum artium scientia, tanta in docendo
subtilitate ingenij vt priorum habitu hinc,
vix vllam hæ scholæ iacturam, inde lucrum
ingens fecisse viderentur, quæ pro doctissi-
mis externis hominibus doctissimos Lusitani
nominis viros acceperint. Quamobrem
nihil equidem miror, si expolitissimi
humanitate homines rebus maximis assue-
ti omnia magna, incredibilia, diuina deni-
que expectent: illud esset mirandum magis,
qui omnia summa semper habuissent eos
quauis mediocritate posse esse contentos.
Coniicite nunc oculos non istos humani-
tatis ac beneuolentiæ plenissimos, sed illos
acutissimos veritatis indagatores in nos qui
hodierno die in eorum locum sufficimur,
non dubito quin eiusmodi esse existimetis,
vt neque ingenij, neque doctrinæ orna-
mentis, neque vsu simas cum illis multis
partibus comparandi. Ac de nostra quidem
tenentate, vni ornatissimi plura hoc loco
dicerem, nisi mihi verendum esset, ne mo-

4 *De societate Iesu gymnasiis.*

destitit causa magis quam quod vera esse
putem, hæc à me dicta esse videantur. Quod
si fortè pro vestro erga nos animo, què sin-
gularem sæpe sumus experiri, creditis, id
certè cogitate, quod nemini dubium esse
poterit, tantas esse superiorum doctorum
copias, ut præ iis omnis copia pro summa
inopia putanda sit. Itaque non est planè, nõ
est ingenii nostri atque doctrinæ tantæ rei
pondus sustinere: humanitatis vestræ est, vi-
ri ornatissimi, perficere, ut quod doctrinæ
viribus sustinere non possumus, id studio &
alacritate vestra perferamus. Ego quod in
re tam magna, in quâ omnis huius Acade-
miæ existimatio, maximum præstantissimæ
urbis decus & ornamentum, totius ferè
Lusitanæ utilitas agitur, fieri necesse est, pri-
mùm à Deo Opt. Max. cuius imperio atque
nutu sola terrarum gubernantur, cuius be-
neficio magis, quam hominum studio ac
labore sapientia comparatur: deinde à sacra
Virgine, cæterisque Sanctis omnibus, quo-
rum preces plus apud Deum, quam meri-
ta nostra valent, pacem ac veniam peto,
precórque ab iis, ut hodiernum diem, &
ad gloriam huius Academiæ conseruan-
dam, & ad pulcherrimum ciuitatis decus
retinendum, & ad prouinciarum omnium
fructus amplificandos, & ad harum rerum
quan

quandam quasi immortalitatem illuxisse pa-
 tiantur. Pulsus est iam omnis metus animo,
 viri ornatissimi fugatus est, excessit: liberio-
 rem posthac cursum nostra tenebit oratio,
 nam & diuinam opem imploratam imbe-
 cillitati nostræ spero præsidio futuram, &
 frequens hic vester conspectus, hæc om-
 niū ordinum alacritas, vultu, oculis, voce
 significata, hic tantus concursus, quantum
 me vnquam vidisse vix memini, meum ani-
 mum mirandum in modum recreauit: cum
 enim tam frequentes tanto studio concur-
 ristis, tanta audiendi cupiditate inflammati,
 intellexi vos ad bene de re literaria speran-
 dum esse vehementer excitatos. Quare vos
 oro atque obsecro, vt istam ipsam alacrita-
 tem animi, quam concurrento declarastis,
 mihi apud vos verba facienti præbeatis: &
 dum vobis aperio, quid in his collegiis sus-
 cipiendis, in quibus literæ docentur, Socie-
 tas sequatur vniuersa, quæ res regem Lu-
 sitaniæ Christianissimum impulerint, vt hoc
 eius potestati permitteret & quam in do-
 cendis literis, viam ac rationem teneamus,
 me sicut cæteros soletis, bona cum venia
 audiatis, nam neque ab huius Academiæ
 dignitate, neque ab vrilitate communi, ne-
 que à vestra voluptate animi abhorrebit
 oratio mea. Atque illud quidem, quod ego

6 *De Societatis Iesu gymnasiis*

mihī primo loco proposui, viri ornatissimi
cuiusmodi est, ut vel sine mea, aut cuius-
quam oratione hominis cognosci planè
possit ac perspicui. Quis enim superioribus
annis sic in hac vrbe delituit ut nihil de col-
legiis illis, quæ sunt à Societate suscepta,
vel ex sermone rumor ad eius aures attule-
rit? quis verò tam hebes sit atque rudis ut
cum publicas priuatasque de necessariis re-
bus admonitiones Christianæ doctrinæ pro-
corum captu, qui audiunt exercitationes,
confessiones de peccatis menstruas, alia
item quæ salutariter instituta satis auidè
recepta sunt acceperit, non faciat facilè ani-
mi nostri coniecturam, & intelligat, om-
nia ad illud, quod est in hominum vita ma-
ximum, à quo & suæ cuiusque salus & cæ-
terorum omnium pendet, ad virtutis stu-
dium honestatisque conferri quod tum ne-
mo dubitare poterit, nec audebit, si possit vbi
nostræ vitæ genus, qui id facimus, animo
sibi ac cogitatione depinxerit, non enim ij-
sumus viri ornatissimi, qui tamen si longè
absumus à verissima perfectissimaque virtu-
te, tamen aliquam eius partem consequi,
si minus quantum par est, at non nihil cer-
tè cupiamus, neque alia de causa arctio-
rem vitæ morumque disciplinam subieri-
mus, nisi ut omnem operam, curam, stu-
dium

dum. quo
in vna vi
Quid ergo
mancipio
qui nobis l
runt, aut n
ipso nomi
teamur,
bus Gram
Philosophi
quasi quib
xerimus,
quod nob
esse debet
tinerent?
bitror, q
ctione su
runt & m
quāprim
rili cum
clara & i
effugere
tione nu
rei lame
casserit,
cus sit c
Duo ge
blica fu
rum stu

drum, quod in aliis rebus ponendum fuit, in vna virtute comparanda desigeremus. Quid ergo aut illis stultius, is quorum quasi mancipio ac potestate sumus, fingi posset, qui nobis hoc docendi negotium imposuerunt, aut nobis ipsis lenius, qui oblitum quid ipso nomine totiusque vitæ ratione profiteamur, nos alienis à proposito nostro rebus Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Philosophia pueris, adolescentibus, viris, quasi quibusdam laqueis irretitos constrinxerimus, nisi hæc omnia ad illud ipsum, quod nobis omnibus in rebus propositum esse debet, studium virtutis Christianæ pertinerent? sed ego plurimum illos vidisse arbitror, qui nec literas ab illa virtutis perfectione suapte natura abhorretere, perspexerunt & magnopere referre intellexerunt, ut quæ primum etiam in ipsa institutione puerili cum illa coniungantur. Quæ etsi tam clara & illustris est, ut aciem veitræ mentis effugere, nullo modo possit, tamen oratione nunc illustranda est, ut cum ad ipsius rei lumen hoc alterum orationis lumen accesserit, nihil ne ab iis quidem quibus cæcus sit quodam modo animus desideretur. Duo genera semper in Christiana Republica fuerunt eorum qui versari in literarum studiis, atque in iis se excellentius ge-

rere studuerunt : quibus ex generibus alte-
 ri quadam doctrinarum pulchritudine ho-
 nestatisque simulatione capti, in eo vno ve-
 hementer omni neruorum contentione ela-
 borarunt, vt facile disputandi subtilitate,
 dicendi vi atque copia, arcanarum natura-
 rerum scientia, quæ sunt à communi homi-
 num secretæ sensu, cæteris omnibus ante-
 cellerent : alteri studio publicæ salutis ac-
 censi, vtriusque virtutis splendorem admi-
 rantes, eius maximè, quæ in communi ho-
 minum utilitate tuenda agendaque versa-
 tur, quæ & pulcherrima est, & ad hominum
 naturam vehementer accommodata, in eo
 curam omnem & cognitionem animi col-
 locarunt, vt & virtutem præstantissima-
 rum artium scientia, quasi quibusdam ar-
 mis instruerent, & hanc omnibus virtu-
 rum ornamentis honestarent, & illorum
 quidem animos tantus sæpe impetor occupa-
 uit, vt Christianæ virtutis immemores præ-
 clarè satis secum agi crederent, si quid ex
 cognitione rerum gloriæ inanis ac falsæ, vel
 sceleratæ potentia nanciscerentur : horum
 verò mens tantum in re perdifficili potuit
 tenere modum, vt nec doctrinam illam quæ
 honestatis expertem, ne doctrinæ quidem
 dignam nomine iudicarent ; amplecteren-
 tur : nec honestatem ipsam artibus destitu-
 tam

tam bonis
 omnibus
 existima
 taxat pra
 in omni
 posuissent
 abusi: hi c
 mi in vni
 prorsus ip
 uerunt. I
 diosissimè
 mè, vlti
 eò sæpe d
 bernacul
 etibus i
 sent veri
 aliquand
 simumq
 stia, cha
 gressi, ta
 dinis, ne
 maque
 in peric
 eo quen
 deflexiss
 vnde se
 quam e
 tes cur
 moueri

tam bonis, quam velut inermem cernerent
 omnibus omnium telis expositam, sibi esse
 existimarent. Itaque illi cum famam dum-
 taxat prædicationemque popularem sibi
 in omni studiorum suorum ratione pro-
 posuissent, ad eam, literarum scientia sunt
 abusi: hi cum mentem vimque omnem ani-
 mi in vnam virtutem coniecissent ad eam
 prorsus ipsa studia literarum accommoda-
 uerunt. Illi aura illa populari, quam stu-
 diosissimè captabant, cum adspira: et lenissi-
 mè, ultra fortasse quam vellent proeecti,
 eò sæpe delati sunt, vbi amissis rationis gu-
 bernaculis ac iudicij, sic variis errorum flu-
 ctibus iactarentur, nullum vt capere pos-
 sent veritatis portum & honestatis: hi cum
 aliquando essent in tranquillissimum tutis-
 simumque veræ pietatis portum, mode-
 stia, charitatis, cæterarumque virtutum in-
 gressi, iactis anchoris constantia ac fortitu-
 dinis, ne vehementissimis quidem gloria fa-
 mæque flatibus, in altum, in tempestates,
 in periculum impelli potuerunt: illi cum de
 eo quem temere debuissent, cursu multum
 deflexissent, in scopulos, in vada inciderunt,
 vnde se vel ægrè miseri, vel omninò nun-
 quam expedirent: hi rectum semper, tenen-
 tes cursum, cum de eo tempestatibus di-
 moueri non possent, quo intendebant, fa-

cilè nullo labore, nulla modestia peruen-
erunt: illi in quascumque insulas, in quascumque terrarum oras & littora illo quasi æstu fuerunt, atque illis animi fluctibus eie-
cti omnia passim amentia & furore incita-
ti, moribus insanissimis perturbarunt, po-
pulisque rudibus ac imperitis, tranquillita-
tem vitæ simul & mentem ademerunt: hi cū
oratione sua, integerrimæque vitæ exem-
plo, amore quodam & studio terras omnes
peragrantes aut domi se necessariis de cau-
sis continentes, scriptis, libris ac epistolis tu-
multus ab illis excitatos sedauissent, tran-
quillitatem vitæ quam amiserant, multis
gentibus afflictis reddiderunt. Etenim repe-
rite memoria, viri ornatissimi inde vsque ab
Ecclesiæ Christianæ primordiis omnes tem-
pestates & procellas quibus vbique sacra
Christi Opt. Max. iactata est, & afflictæ nauic-
ula, sic credo statuetis, aut omnes, aut
longè grauissimas quorundam superbissimo-
rum hominum (si homines eos appellare
fas est) fuisse concitatas amentia qui inani
quadam & stolida inflati existimatione sa-
pientiæ, cum nihil illis esset insipientius, lin-
guis suis scriptisque impiis oppugnare ten-
tauerunt ipsum Deum. Annon erat initiatus
Christianorum sacræ ineptissimus ille at-
que impudentissimus diuinarum literarum
irrisor

irrisor Porphyrius? non fuerat Origenis in
 studiis Philosophiæ socius ac penè par? sed
 visus est sibi acumine ingenij, maximarum
 rerum scientia, consilio cæteris ante
 mortalibus, dignisque planè, qui verita-
 tem ipsam mendacis, Dei sapientiam stul-
 titiæ supremi illius æternique Patris splen-
 dorem turpissimorum errorum argueret:
 contempsit stultus arrogansque philoso-
 phus, quæ prudens ac modestus idiota pro-
 bauerat, ridebat Apostolos duces Christia-
 næ militiæ, illudebat Euangelistarum mo-
 numentis, in ipsum Christum huiusmodi
 machinæ molitorem ac moderatorem fu-
 rens atque amens inuehebatur, cùmque à
 vera philosophia, illius inanis studio defe-
 cisset, eas suis ineptis atque nugis turbas
 fecit, quas longa vix omninò secula com-
 presserunt. Imbutus erat Arius ille (quem
 aptissimè Græci *ἁριστοτατος ἢ θεοτατος* no-
 minarunt) inde à prima pueritia religionem
 nostram, sacrosque ritus vna cum nutricis
 lacte suxerat, verùm cum interesset subti-
 lissimæ Alexandrini Episcopi disputationi,
 qua vir summa pietate, acutissimè de su-
 prema diuinaque natura differens, vnā
 diuinitatem in triplici hypostasi esse asse-
 rebat: homo gloriolæ cupiditate inflam-
 matus, & vt scripsit Socrates, dialecticæ lo-
 quacita

quacitatis non expert, pati non potuit su as
 illas non ineptas minùs quàm impias argu-
 tias latere, restitit Episcopo suo acriter, vt
 videbatur, & incontrariam planè sententiam
 declinans nefariam illam diuinarum hypo-
 staseóni diuisionem ore plusquam sacrilego
 inuexit, quàm cum puerilibus quibusdam
 argumentatiunculis ac spinosis comprobare
 niteretur, tantum vbique terrarum tumul-
 tum aliis aliò inclinantibus excitauit, vt ne
 incredibili Constantini magni diligentia &
 cura, nec sacri Concilij Nicæni diuina au-
 ctoritate, facilè componi potuerit, nec du-
 centorum ac trecentorum annorum spatio,
 nec vnus alteriùsve prouinciæ finibus ter-
 minari: ergo multis ætatibus propagata pe-
 stis illa, omnes ferè terrarum oras, omnia
 maria peruasit: vt publicè atque in ipsis thea-
 tris Christiana pietas ab hominibus flagi-
 tiosis rideretur. Taceo Julianum deserto-
 rem religionis Christi seruatoris capitalem
 hostem: taceo cæteros qui iam olim dùm
 veræ pietatis studium contemnunt, cuius-
 dam scientiæ puerilis opinione cæci statum
 reipublicæ Christianæ vehementer pertur-
 barunt. Istos ipsos, ne nimis antiqua repe-
 ramus, sacrorum ac religionum hostes in-
 festissimos, qui nostra ferè memoria in ger-
 mania exstiterunt, recordamini qui cum
 tantam

tantam su
 adepti eff
 narum co
 rum my
 eorum h
 sed etiam
 tiâ super
 morum s
 non do
 tentias, q
 gio pluri
 Ecclesiæ
 profana
 primos
 tellexisse
 peruidisse
 que gra
 hominis
 extitisse
 parte co
 stium hu
 re, tanta
 quantar
 pieras su
 doctrina
 & erit n
 tot cala
 quidem
 fos, pris

tantam sibi diuinarum literarum scientiam
 adepti esse videantur, tantam rerum huma-
 narum cognitionem, tantam occultissimo-
 rum mysteriorum notitiam, vt non solum
 eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam,
 sed etiam antiquitatis memoriam se sapien-
 tiâ superasse arbitrentur, euertunt omnem
 morum sanctiorem disciplinam, labefactant
 non doctissimorum hominum modò sen-
 tentias, quorum & literæ quondam & reli-
 gio plurimum enituit; verum ipsius etiam
 Ecclesiæ vniuersæ sanctissima decreta, sacra
 profana omnia habet promiscua, se tandem
 primos rectè ac perfectè libros sacros in-
 tellexisse; & eorum abditissimas sententias
 peruidisse credunt, cæteros fuisse plerum-
 que grauiter hallucinatos: nullius neque
 hominis neque concilij tam acre vnquam
 extitisse iudicium, vt cum, suo debeat vlla ex
 parte comparari: ita harum furiarum & pe-
 stium humani generis amentia atque scele-
 re, tantam fecit Ecclesia Christi iacturam,
 quantam vix multis ætatibus complurium
 pieras singularis, cum admirabili quodam
 doctrinæ genere coniuncta refarcire queat
 & erit nostrum aliquis, viri ornatissimi, qui
 tot calamitates per homines literatos illos
 quidem, sed ambitione ac superbia furio-
 sos, priscis temporibus importatas legimus,
 tot

tot ipsi audiuimus, propèque vidimus hisce
 oculis, quis dubitet quanti referat, quibus
 qui se ad philosophiam contulerunt, mo-
 ribus à teneris assuescant? an parum ea res
 ad communem Christiani populi salutem
 pertinere videri debet, sine qua ille tam
 saepe in summum est adducta discrimen?
 Utinam non essemus, tantis cladibus edo-
 cti, & tam recentibus, atque etiam nunc
 id ambigi ac disceptari posset, sed nostra
 ipsorum mala nullum iam nobis penitus
 reliquerunt dubitandi locum. Maxima sa-
 nè quidem, maxima ad pietatem, tranquil-
 litatem salutem Christianæ reipublicæ; vel
 omnium potius in eo momenta sunt, vt nul-
 lum fiat vnquam veræ virtutis & Philoso-
 phiæ in hominum animis dissidium, sed
 pariter omnia bene subactis (vt ita dicam)
 nouatis & iteratis ingeniis, quasi quædam
 mandata semina pariter etiam surgant &
 augeant, pariter suam maturitatem asse-
 cuta, omnibus vberissimos suauissimosque
 fructus afferant. At enim Princeps inge-
 nij & doctrinæ Plato Philosophiam Dei do-
 num esse prædicabat, quo maius bonum ne-
 que donatum esset vnquam hominibus di-
 uino consensu neque tribuendum, hanc
 Marcus Tullius medicinam esse animi di-
 cebat, hanc inanes sollicitudines detrahere
 cupid

In Timeo.
 Tuscul.
 li. 12.

esse v
 pultri
 num
 aliqu
 tia, ve
 runt
 eiplin
 hanc
 rorum
 bus a
 tus e
 occul
 verò
 effice
 munde
 uem
 alio
 dicar
 à quo
 mibi
 peric
 dibu
 quia
 inda
 Deo
 arqu
 com

cupidi

cupiditatibus liberare, pellere timores: hanc esse vitæ ducem, virtutis indagatricem, expultricem vitiorum, sine hac nihil hominum vitam esse potuisse. Quam ergo dicat aliquis viri summo ingenio, summa sapientia, verbis amplissimis laudatam esse voluerunt omnium ingenuarum artium & disciplinarum quasi procreatricem quandam hanc tu in celeberrimo doctissimorum virorum confesso, in his ipsis dedicatis fedibus accusare audes? nec eorum qui se penitus eius studiis dediderunt, cogitationes occultas & tacita iudicia extimescis? Ego verò, viri ornatissimi, si vel id tentem, vel efficere me posse sperem, ut maximum Dei munus, aut reprehendam, aut verbis eleuem amens sim ac de eius quidem laudibus alio loco dicam, viri ornatissimi, atque ita dicam, ut vix vnquam ampliores laudes illi à quopiam tributas esse fateamini. Nunc id mihi diligenter expendite quàm sit nostra superior oratio cum istis ipsis Philosophiæ laudibus coniuncta: si enim illa medetur animo, quia cõprimit tumultus eius omnes, virtutem indagat, vitia expellit, iisdemque de causis, à Deo concessa mortalibus existimanda est, atque his maximè rebus omais eius nititur commendatio, cui poterit eius Philosophia
pro

probari quæ vires illius non ad sedendas, sed concitandas magis perturbationes animi, non ad virtutem indagandam, sed sepe- liendam, non ad extirpanda vitia, sed in hominum mentibus serenda contulerit? Tu- ãmne ego (Porphiri philosophiam medicinam animorum putem? quæ velut venenis imbuta malis, & tuum & multorum animos infecit, corrupit, perdidit? An tuam (scelerate Ari) contaminatam impietate loquacitatem? quæ tanquam pestis contagiosissima cum ex Alexandria, & Ægypti finibus ad omnium gentium perniciem erupisset, non solum per innumeras Asiæ prouincias manauit, sed superauit etiam mare, & obscure serpens, cum bonam Europæ partem occupauisset, vsque in Hispaniam extremam penetrauit, & quascumque terras attigit, ita crudeliter in eis grassata est, vt vulgato morbo miseriam intulerit Christianæ ac veræ pietati vastitatem? An tuam illam furiosam, nefarie Iuliane) rabiem, an tuam (Manichæe) dementiam, An vestram (perfidiosi Lutherani) vesaniam, an eorum omnium præstigias, fallacias, machinas, qui vano quodam nomine sapientiæ cum essent medicos animorum euenti infinitos populos maximas nationes à sanitate mentis ad furorem & amentiam traduxerunt: hæc ego

ego am
venenu
mani a
furialiu
flatum,
potius
rum m
debet. A
à nobis
sibi gen
dos ani
hibeant
phia, in
sed illa
moribu
tionem
in paci
mos ac
bation
vobis
vehem
creatu
vt me
diant.
tum,
verè p
philos
vocat
aliud

ego amplissima Dei munera cōfitear? Quod
venenum, quam pestem, quod exitium hu-
mani animi esse dicam teterrimis dæmonū
furalium faucibus terris ac mortalibus af-
flatum, si huiusmodi hominum, aut furiarū
potius non philosophia, sed virus animo-
rum medicina, Deique donum existimari
debet. Auertat princeps ille mundi tantum
à nobis malum, nec eò dementiæ fideles
sibi gentes venire patiatur, ut hoc ad sanan-
dos animos remedium tam pestiferum ad-
hibeant. Est planè animi medecina philoso-
phia, indagatrix virtutis, expultrix vitiorum,
sed illa quæ in comprimendis animorum
moribus, qui sæpe vehementiùs contra ra-
tionem incitantur occupata est, non quæ
in pacatis tranquillisque mentibus maxi-
mos ac turbulentissimos variarum pertur-
bationum fluctus excitet. Spero probari
vobis orationem meam, viri ornatissimi,
vehementer, sum isto ipso vestro vultu re-
creatus, quantum potero voce contendam,
ut me illi etiã; qui stant extremi, exau-
diant. Illa philosophia medetur animis eo-
rum, quos apud Platonem Socrates nunc
verè philosophos, nunc rectè tractantes
philosophiam, nunc probè philosophantes
vocat: quorum omnis exercitatio nihil est
aliud nisi mentis quædam à corpore sciun-

ctio atque auocatio: qui vt paulò antè co-
 ctus erat, disputatione Socratis, confiteri
 Simias, neque studio tenentur huiusmodi
 voluptatum, quales ex cibo atque potu, re-
 busque venereis capiuntur: neque cæterum
 corporis cultum magni ducunt, vt vestem
 pretiosam, vel calceos: neque alia corporis
 ornamenta in pretio habent, sed spernunt
 potiùs & reiiciunt, nisi quoad omninò ne-
 cesse est illis vti: quorum studium non in
 corpore defixum, sed quoad fieri potest
 ab ipso auocatum, ad animum videtur esse
 conuersum, quos in hisce rebus apparet se-
 gregare animum quàm maximè à societate
 corporis, contra quàm faciunt cæteri mor-
 tales: denique vt omnia paucis complectar,
 qui nihil aliud meditantur nisi mortem: cu-
 ius sententiam literis Latinis illustrans Mar-
 cus Tullius, totam philosophorum vitam,
 mortis commutationem esse scripsit qui-
 bus addamus nos etiam, si placet: qui nulla
 cupiditate gloriæ incitantur, nihil aura mu-
 rantur populari, spernunt insanos multitu-
 dinis applausus, acclamationes temerarias
 rident, quæ plerisque magna ac præclara
 videntur, parua ducunt, eaque ratione sta-
 bili firmaque contemnant, res verò duras
 atque asperas ita ferunt, vt nihil à statu
 naturæ discedant, nihil à dignitate sapien-
 tis:

tis: quæ res non minus ad Platoniam illam
mortis commentationem, quam superiora
pertinent, ac nescio an multò etiam magis.
Audiant igitur qui magistri Platonis, Mar-
cique Tullij auctoritatibus maximè nitun-
tur, agnoscant illam prope diuinam eorum
quos laudant vocem, agnoscant verba, a-
gnoscant sententiam, vbi effecerint, vt to-
ta vita Philosophorum mortis sit commen-
tatio, & nihil aliud illi agant, nisi vt ani-
mum è corpore omnibusque rebus ad illud
spectantibus quam maximè abducant & se-
uocent, tum ego illud ipsis tribuam & dabo,
vt Philosophiam animorum medicinam,
diuinumque donum esse prædicent: quam-
diu animus inflammatus cupiditatibus, læ-
ritia elatus ac gestiens, acerbissimis dolorum
aculeis, confixus, perterritus impendentium
malorum metu, foedissimis corporis volu-
ptatibus demersus, curis rerum labentium
veluti quodam pondere depressus, ad res vi-
lissimas, hominisque præstantia indignissi-
mas abiectus, non sese erigere poterit, non
rerum cœlestium splendorem intueri, nihil
magnum aut præclarum, nihil diuinum agi-
tare, non dubitabo eius qui ita sit affectus
philosophiam perniciem humani generis,
religionis Christianæ labem atque ruinam
nominare, est illa quidem per se pulchra &

suaptè natura salutaris: verùm vt medicina
 aliqua, vel ad sanandum appositissima: situm
 cum capitur venenum admisceatur, non re-
 medium illa quidem morbo, sed exitium
 afferat laboranti, sic philosophia, si dum hau-
 ritur ad curationem animi, cupiditatis, am-
 bitionis, superbix veneno inficiatur, non in-
 membris sanitatem, sed furorem sed amen-
 tiam ingeneret, quibus sacra profana omnia
 labefactentur, euertantur, extinguantur.
 Quod certè vos, viri ornatissimi, tam mul-
 tis exterarum gentium exemplis admoni-
 ti, verissimum ducere debetis, existimati-
 que, nihil referre magis non ad eorum qui
 discunt modò, sed etiam ad populorum
 omnium salutem, pacem, tranquillitatem,
 quam quibus initio moribus, qui ad philo-
 sophandum accedunt, imbuantur. Sed quo-
 niam non omnes, qui parum rectè philoso-
 phantur, ipsaque philosophix præcepta aut
 perexiguam, aut nullam in suis animis vim
 habere patiuntur, eò furoris, audaciæ
 procedunt, vt variis rerum nouarum moti-
 bus rempublicam Christianam conturbent.
 Age illud etiam videamus, qui virium
 in iis habeat illa diuinarum humanarumq;
 rerum sapientia, qui multis contaminati,
 sordibus vitiorum aut certè parum aman-
 tes probitatis, populos imperitos veram
 pieta

pietatem
 ac debili-
 sana, v-
 ni crede-
 virtute
 sit. Atq;
 gitando
 testis e-
 ribus, se-
 instru-
 dos mu-
 ita labo-
 cientes
 esse vid-
 virtus-
 terarum
 virtuti
 memb-
 bent o-
 sunt co-
 manus
 tus vi-
 tio, qu-
 reliqu-
 tanqu-
 temer-
 salem
 mund-
 soleb-

pietatem edocent, nam si adeò infirma est ac debilis, vt nihil possit efficere: si adeò insana, vt omnium irrisione ludatur, nemini credo dubium esse poterit, quia illa cum virtute maximè ac probitate coniungenda sit. Atque vt omittatis nunc de singulis cogitando recordari vno adspectu intueri potestis eos, qui spreto bonis integrisque moribus, sola mediocri, vel etiam summa rerū instructi scientia, se aliquando ad tractandos multitudinis animos contulerunt, cum ita laborantes acriter, tum ita nihil proficientes, vt aliis miserandi, aliis irridendi esse videantur: nec sanè immeritò: est enim virtus morum quidam tanquam spiritus literarum, hæc verò quoddam quasi corpus virtutis: hæc vbi abest, iacent literæ, veluti membra exanima, nec solum nullam habent efficiendi vim, sed ne se quidem possunt commouere. Quid facient pedes, quid manus, quid caput, quid cæteri corporis artus vitali spiritu destituti? Quid adhortatio, quid obiurgatio, quid admonitio, quid reliqui literati hominis conatus à virtute tanquam anima derelicti? Miki verò non temerè videretur seruator ille hominum prius salem dixisse terræ discipulos suos, quam mundi lucem, sed diuinâ illâ, quâ cuncta solebat, sapientiâ. Est enim honestè acta

om. 15.
Matth.

vita, cuius exemplo saliantur quodam modo corrupti mores hominum, & quæ delapsa iam fluxerunt, adstringuntur, ut S. Chrysostomus adnotavit, longè doctrina prior, cuius lumine terrarum orbis illustratur. Multò magis exemplis, quæ cernant oculis, quàm verbis impelluntur mortales, illa quæ maximè vel ab imperitissimis solent in iis à quibus admonentur requiri. Nulla est orationis, quamvis doctissimæ, auctoritas, nullum pondus, quam ipsius dicentis mores confutant, & quantum affert virium ac momenti vel eloquentia, vel rei honestissimæ, de qua dicitur natura, tantum vitæ detrahatur turpitudine: neque est quidquam superbius, nec arrogantius, quàm velle, ut alij tuam sequantur doctrinam à qua tu ipse turpissimè dissideas: neque stultius, quàm sperare ceteros id esse facturos, quod videant te ipsum non facere, qui doceas. Quamquam istud ipsum aliter loqui, aliter vivere, tantæ turpitudinis est, tantæ levitatis, tantæ inconstantia, ut etiam si nostra sine virtutis præsidio philosophia plurimum ad mentes hominum, quo vellemus, impellendas, unde vellemus deducendas posset, tamen ne ita viveremus, esset propter ipsam rei foeditatem magnoperè fugiendum. An excogitari quidquam turpius, aut, fingi potest, quàm

in eo

in eo ipso peccatis, cuiusque ma-
maticum barbari
stomacheretur, si b
brentem audi
nomque ac furie
cum ipse perabl
cum & canend
quis non os arc
cillum manu te
lineam quidem
discipulorum t
tetur, præcipi
sophum ferend
qui cum se vitæ
pissimè vivat, e
doctorem egre
pientissimam i
sententiam, qui
narum artium
gulare lumen.
Athenis nomi
ctissimi doctiss
lophantur se
mis vestris inf
scomprimite,
deatur. Qui
phum te fac
it, ceteri ta

in eo ipso peccare, cuius scientiam profitea-
 ris, cuiusque magister esse velis? Quis gram-
 maticum barbaram loquentem ferat? quis non
 stomachetur, si bene dicendi magistrum bal-
 butientem audiat? quis non rideat, insa-
 numque ac furiosum iudicet hominem, qui
 cum ipse perabsurdè canat, se tamen musi-
 cum & canendi magistrum haberi velit?
 quis non os atque oculos auertat, vbi peni-
 cillum manu tenentem cernat illum, qui ne
 lineam quidem sciat ducere qua velit, &
 discipulorum turbæ, ut se pingentem in-
 tueatur, præcipientem? & nos illum philo-
 sophum ferendum esse nobis arbitrabitur,
 qui cum se vitæ ducem profiteatur, ipse tur-
 pissimè viuat, & in officio labatur, cuius se
 doctorem egregium credi velit; Accipite sa-
 pientissimam illius Basilij grauissimamque
 sententiam, qui ob insignem omnium inge-
 nuarum artium scientiam, & ingenij sin-
 gulare lumen. Magnus est ab ipsis Græcis
 Athenis nominatus: accipite, inquam, san-
 ctissimi doctissimi que viri de iis, qui ita phi-
 losophantur sententiam, atque eam sic ani-
 mis vestris infigite, ut nunquam excidar,
 sic imprimate, ut nulla vnquam obliuione
 deleatur. Qui aliorum verbo tenus philoso-
 phum te factisque confirmat, is solus sa-
 pit, cæteri tanquam vmbrae volitant: nam

ὁμιλία
 πρὸς τοὺς
 ἄλλους.

publicè quidem ornatissimè laudare virtutem, & multa de ea verba facere, priuatim autem voluptatem pluri quàm continentiam putare, & nimiatum opum potentiam præferre æquitati, id equidem simile esse dixerim ei quod in scena faciunt fabularum actores. Illi namque regum vel magistratuum personam sustinent interdum, cum neque sint reges, neque magistratus, ac ne liberi quidem & ingenui fortasse. Quid? musicus non facile pateretur habere se minus temperatam lyram, & chori princeps non habere chorum quàm maximè concinentem, & quisquam nostrum à se dissidebit, neque vitam suam congruentem verbis præbebit, verum lingua iuravit (inquit cum Euripide) animus iniuratus est? & vehementius contendet ut videatur quàm ut sit bonus? atqui hoc est iniuriæ extremum, si cuius rei fides est habenda Platoni, videri bonum cum non sis: his verbis ille singulari sapientia vir, cum adolescentes quosdam ad verè philosophandum hortaretur, quàm turpe sit, demonstravit non re, sed nomine verbòque tenus esse philosophum, atque vitam instituere, ut cum ea mirabiliter pugnet oratio. Rem ergo per se deformem ac foedam, & si verè loqui volumus, flagitiosam, sperem ego aliquid momenti ad honestatem habituram?

aut

aut illam philosophiam apud alios in pretio futuram, quam ipse, in quo sit, imprudentissimè contemnat? aut eius oratione obstinatissimas improborum voluntates flecti posse, qui ipse non verbis, sed re, non conclusis ratiunculis, sed factis: non contraria oratione, sed vita atque moribus quæcumque doceat euertat? Quæ tandem impudentia est, dicat is, quem admoneas, aliis præcepta viuendi dare te ipsum ex præceptis tuis non viuere, fac tu diligenter quæ me mones, tū si voles, mihi etiam vitæ rationem præscribes. Nec verò eos laudo, aut defendo, qui sic rerum salutarium admonitionibus respondent, sed hæc vna res, quæ solet vsu venire sæpè facilè declarat, quæ sit literarum sine virtute vis, ad aliorum animos permouendos: at vbi huius splendor accessit, tantum illæ possunt, vt nullus tanta sit obstinatio sententiæ, nullius tanta pertinacia, vt queat, nullius tanta impudentia, vt audeat earum viribus resistere. Quis sustineat eius orationis impetum, splendorè non admiretur, quam non ex inani quodam vanæ sapientiæ studio, sed ex vera germanaque Philosophia & eius qui dicit, moribus effloruisse videat? cuius mira sit cum omni vita incredibilisque consensus? quam seuera disciplina morum commendet, vitæ integritas sanctam quo-

etiam quodammodo efficiat, constantia firmam atque grauem? quis illa monita leuia esse putet, quæ ipsum admonitorem inauditâ diligentia, ardentissimo studio, infinito assiduoque labore præstare cernat? quis eius præcepta non amplectatur studiosè, cuius sermo atque vita eodem adhortentur & impellant? cuius pectus maximis refertum esse virtutibus, mentem tum sapientiâ, tum pulcherrimis totius honestatis ornamenti condecoratam intelligat? Maxima profectò est, maxima diuinâque vis, summa dignitas auctoritasque virtutis: quocumque illa incubuerit, eò cætera inclinent necesse est. Itaque videre est eos, qui ab utrâque re bene parati ad docendum accedunt, tâta valere apud omnes auctoritate, vt hinc in terris nescio quid diuinitatis iam habere videantur: hos cæteri nõ vt quosdam annalium memoria, sed tamquam è cælo delapsos homines intuentur, hos sibi vitæ duces, morum magistrōs deposcunt, horum orationem non vt ex humano illo pectore, sed ex diuina mente manantem audiunt, hi sunt illi Platonis verè philosophi, quorum facta quodam admirabili consensu ac penè cõflato cum oratione conspirarunt, hæc illa Dei munere mortalibus donata & concessa philosophia, quâ nihil ab illo rerum parente, neque

vbe

Dialog. de
repub. &
in Georg.

vberius
lius vita
tissima
ditates
fert, for
cerbissim
nes, int
parētun
celleria
intellig
imperti
vitaqu
illa pri
in hon
genio
stiana
summ
fapient
splend
tius a
illustr
tinger
ræ, qu
militu
finitis
nulli
posse
magi
testa

vberius, neque florentius, neque præstabilius vitæ nostræ datū est, hæc illa præstantissima agræ mentis medicina, quæ cupiditates effrenatas coërcet, spes vanas auferit, formidines inanes depellit, mitigat acerbissimos dolores, auellit prauas opiniones, inter ipsa nutricis vbera, inter oscula parētum haustas, inserit alias hominum excellentia & nobilitate dignas. Atque vt omnes intelligant, me tantum veræ philosophiæ impertiri laudis, quātum rei pulcherrimæ, vitæque parenti debeatur, & quantum vix illa prisca sæcula tribuerunt, dico nihil esse in hominum vita maius, nihil humano ingenio ac naturæ accommodatius, nihil Christianæ religioni necessarium magis, quàm summā & diuinarum, & humanarum rerum sapientiam singularis virtutis illustratam splendore, quid enim nobis potest præstantius ad dignitatem, ad laudē prædicabilius, illustrius ad solidā veramque gloriam contingere, quàm vt illius augustissimæ naturæ, quàm diuinam vocamus, nonnullam similitudinem assequamur; Atqui cū ex infinitis aliis, quæ in illa tanta sunt, quanta nullius hominis mens & cogitatio capere possit, illa certè quodammodo emineant magis atque existant, bonitas, sapientia, potestas atque vis; quæ illa maximè hæc tan-

ta rerum molitione declarauit, efficit hoc
 vera philosophia, vt bonitatem rectis mo-
 ribus augeat, amplificet multiplici rerum
 cognitione sapientiam, æque huius finibus
 dilatatis, ipsa quoque vis efficiendi latius
 multò pateat & potestas. Quia enim multa,
 quæ aliorum vires effugerent, eorum vim,
 qui Mathematici vocantur, non effugisse
 credimus; quantò latius quàm imperitorum
 hominum, Archimedis patuit potestas,
 vnici spectatoris cœli ac siderum mirabilio-
 ris tamen inuentoris bellicorum tormen-
 torum? Quantò Callimachi hominis in hac
 ipsa philosophiæ parte vehementer exerci-
 tati? de quibus ille nobilissimam Sicilia
 urbem Syracusas multum ac diu à Roma-
 norum impetu defendit, cui tantum attule-
 rat philosophia facultatis, vt quæ hostes
 ingenti mole agerent, ea ipse perleui mo-
 mento ludificaretur, & cuius imperatoris
 armis vniuersa ciuitas terra marique mun-
 ditissima non facilè potuisset resistere eius
 impetum, vnus industria vel frangeret, vel
 retardaret, hic Amisum clarissimam Cappa-
 docia urbem obsessam & oppugnatam à
 Lucullo non solum diu saluam & incolumè
 conseruauit suis machinis, sed affecit Ro-
 manas copias multis cladibus, vt non po-
 tuerit Imperator fortissimus aliter ea, quam
 callidi

calliditate
 dici vo
 bilia sa
 quid ph
 quam a
 acceder
 que cer
 potest, c
 orname
 ra, & n
 nostris
 cum no
 Non en
 ad obse
 illud an
 nibus p
 filij, li
 facti su
 chitect
 ribus e
 agendu
 cherrit
 rum re
 stigatu
 lere, vt
 nobis p
 cus no
 publico
 illo cer

calliditate ac dolo potiri. Quid illi qui me-
 dici vocantur quàm multa, quàm incredi-
 bilia sæpe philosophiæ viribus efficiunt?
 quid physici? quid cæteri? quantò propius
 quam alii homines ad diuinam potestatem
 accedere videntur? Itaque nulla propior, ne-
 que certior cognatio cum Deo nobis esse
 potest, quàm veræ philosophiæ, quæ illius
 ornamenta quæ sunt illustriora quàm cæte-
 ra, & notiora mortalibus multis in animis
 nostris auget: nunc quemadmodum eadem
 cum nostra natura congruat, consideremus.
 Non enim vt tardæ languidæque pecudes
 ad obsequium & indulgentiam corporis
 illud animal natum est, quod vnum ex om-
 nibus particeps diuinæ mentis, plenum con-
 silij, libera voluntate præditum videmus:
 facti sumus ab illo sapientissimo mundi ar-
 chitecto, multisque præstantissimis mune-
 ribus excoliti tum ad intelligendum, tum ad
 agendum, suscipere nos ille iussit huic pul-
 cherrimum ornatum, & admiratione tanta-
 rum rerum inuestigare ipsius numen: inue-
 stigatum autem non venerari solum & co-
 lere, vti par est, sed tanquam exemplar etiã
 nobis proponere ad imitandum, vt non se-
 cus nos ipsos, nostraque omnia priuatim ac
 publicè tueamur & gubernemus, atque ab
 illo cernimus omnes mundi partes regi &

con

conseruari, ita viuentes in altissimas & illusterrimas beatorum sedes ascendere voluit, ad aliam quandam vitam æternis re- fertam & cumulata bonis perfruendam. Et quoniam parentem vniuersitatis inuenire, difficile esse intelligebat, inuentum autem in vulgus indicari nefas, se ipse quorundam quibus voluit indicauit, reconditaque mysteria enucleauit. Itaque non eandem nobis quàm cæteris animantibus attribuit corporis figuram, sed nostro ingenio habilem atque aptam: cumque; illas prono corpore ad partem, & reliquas corporis voluptates abi- cisset, nos tamquam spectatores huius vni- uersitatis, ad cœli & astrorum conspectum excitauit, ut ad illud ipsum domiciliũ erecti cõueamur, quò nobis est omnis huius vite cursus dirigendus. At quænam res sit con- sentanea magis & congruens, qui ad con- templationem huius pulchritudinis, & ho- nestas actiones procreati sunt, quàm & hu- manæ, & cœlestis philosophiæ doctrina, quæ in duas diuisa partes, altera ponit ante oculos mare terram, aërem, cœlum, & par- tim ex his, & partim ex illis quæ sunt ho- minibus patefacta diuinitus, fabricatorem tanti operis inuestigat: altera demonstrat quemodmodum illum iam cognitura & de- bito cultu prosequi, & sapientiã, cõsilio, ge-
neris

netis h
terisqu
exprim
homin
volupt
que an
giratio
congru
re, & pr
dignita
tes am
rerum
diligen
suam o
nobilit
num na
human
& actio
bus par
tia cõti
philoso
ca quæ
nostra f
secro qu
quodam
mio ma
tris, ne i
bere int
enim sic

netis humani charitate, iustitiâ, clemētiâ, ce-
terisque virtutibus, quoad eius fieri potest,
exprimamus. Abeant nunc pecudū similes
homines ac ferarum, iisdem quibus illæ, se
voluptatibus oblectent, pascant oculos at-
que animum belluarum spectaculis, ibi co-
gitationem, omnem habeant defixam. Qui
congruenter velit hominum naturæ viue-
re, & pro ea quam à Deo omnes accepimus
dignitate, ambas vtriusque philosophiæ par-
tes amplectatur & quæ in contemplatione
rerum & quæ in actione versatur, in his se
diligenter exerceat, in his elaborer, his vitâ
suam omnem instituat: hæc sunt hominis
nobilitate digna spectacula, hæc sola homi-
num naturæ consentanea voluptas, quæ ex
humanarum diuinarumq; rerū cognitione,
& actionum honestate capitur, quibus dua-
bus partibus omnis humana & diuina sapiē-
tia cōtinetur. Infinita viri ornatissimi de his
philosophiæ laudibus dici possunt verum ad
ea quæ longè omnium amplissima videtur,
nostra festinat oratio. Vos ego oro atq; ob-
secro quando vos illa tales, quales nūc estis,
quodammodo genuit, & in eius quasi gre-
mio magis educati estis, quàm in sinu ma-
tris, ne in laudibus illius, cui vos tantum de-
bere intelligitis, audiendis de-fatigemini sic
enim fiet non solum vt quâ æquum est pie-
tate

tate erga communem omnium parentem
 fuisse videamini, sed etiam quod volumus
 planè cognitum habeatis atque perspectū.
 sunt illa quidem superiora satis ampla &
 præclara, sed quāto hoc maius videri debet,
 veræ philosophiæ præsiidiis Christianam
 religionem contineri, & ex ea pendere no-
 stræ Reipubl. salutem? Postquam enim sum-
 mi philosophi & iidem nostræ religionis
 signiferi atque duces, eius vim omnem ad
 pietatem, à qua hominum vitio dissidere vi-
 debatur, defendendam transtulerunt, eisque
 præsiidiis septi ac muniti steterunt contra
 temerè irruentes hostium acies postquam
 nostra fides iisdem armis & oppugnari cœ-
 pta est & defendi, & vnde furiosi eius oppu-
 gnatores suxerant venenum, inde hauserūt
 antidotum eiusdem studiosi defensores: im-
 plicata est quodam modo cum philosophia
 pietas & cohæret, vix potest illa ruere, quin
 hæc (nisi Deus præter hominum opinionem
 subueniat) eodem labefactata motu concidat.
 Fingite animis, quod sæpe iam accidit,
 existere quàm plurimos homines oratione
 ornatos, copiosos, & graues, singulari arma-
 tos variarum rerum cognitione, qui furore
 inaudito, inuisitata rabie extinguere Chri-
 stianam pietatem ac sepelire conentur: nul-
 lum esse qui instructus iisdem armis, ob-
 uiam

uiam pos-
 frangere
 riculo ve-
 quàm lib-
 impetu o-
 Nam etia
 tes confin-
 atque pro-
 manis au-
 spectat qu-
 tēque n-
 conserva-
 Sapientiss-
 est vel in-
 tō maxim-
 nes & ad-
 sti de ma-
 amputa-
 tebat; car-
 ex qua v-
 apud Eth-
 Apostolo
 ritates po-
 menta fo-
 & poëtar-
 illi quid-
 aut certe
 omnia q-
 terrogat

uiam possit eorum conatibus, amentiam
 frangere, audaciam refrenare: quanto in pe-
 riculo versabitur populi Christiani salus?
 quàm liberè illi & impunè vagabūtur? quo
 impetu omnia deiicient, atque prosternent?
 Nam etiam si Deus tum maximè res labā-
 tes confirmare solitus sit, & erigere iacētes,
 atque prostratas, cūm omninò sumus hu-
 manis auxiliis destituti, postulat tamē ex-
 spectātque sæpe, vt nos industriam virtu-
 tēque nostram excitemus, omnem spem
 conseruandæ salutis in eo vno collocantes.
 Sapientissimè igitur maiores nostri, quod
 est vel in pugna, vel omni medēdi arte nul-
 tō maximum, & in quo exclamant homi-
 nes & admirantur, gladium extorserunt ho-
 sti de manibus, eique illa ipsa acie caput
 amputauerunt, qua is ipsorum iugulū, pe-
 tebat; cāmque refecerunt morbo medicinā,
 ex qua vis eius omnis profluxerat. Nihil
 apud Ethnicos scripta Prophetarum, nihil
 Apostolorum, nihil Euangelistarum aucto-
 ritates poterant: at philosophorum monu-
 menta sententiæque plurimum, oratorum
 & poëtarum. Hæretici verò magnificiebānt
 illi quidem ferè quæ sunt scripta diuinitus,
 aut certè se magnifacere simulabant: sed
 omnia quibusdam argutiis tortuosisque in-
 terrogatiunculis ac Chrysispeis sophisma-

phismatis, & sententiis, é media philosophia
 petitis corrumpebant. Quid ergo vel ad-
 uersus illorum impetû firmiter excogitari
 potuit, quàm missis iis, quæ irridebât, poe-
 tarum, oratorû, philosophorum argumen-
 tis pugnare, quos ipsi solos sapientes fuisse
 arbitrabantur: vel contra horû rabiẽ salu-
 tarius, quàm Chrysippeis illis nodis disso-
 lutis, vitatisque cornibus hinc inde immi-
 nentibus philosophorum placitis illa coar-
 guere, quæ isdem se ipsi confirmasse satis
 existimarent? Enim uerò inuicatis illi qui-
 busdam affiendi sunt laudibus, qui primi
 hoc eximium defensionis genus reppererunt,
 nec eos labores reformidarunt, qui in re tã
 noua maximi subeundi necessario fuerunt.
 fungemur & nos nostro officio præclare, si
 eorum vestigiis inhaerentes, in eodem nos
 genere defensionis diligenter exercebimus
 ita, ne mores vnquam ab oratione dissideât.
 O veræ vitæ lux! ô propugnaculum religio-
 nis! ô arx defensorum nostræ fidei philoso-
 phia! ô promptuarium eorum, qui falsas
 impiorum hominum calumnias refutare
 voluerunt! quod omninò sine te nostræ res
 esse potuissent? tu bonos armasti contra im-
 proborum audaciam, tuis præfidiis Chri-
 stiana sæpe fides comminuta perripuit con-
 seruissimas inimicorum acies, omnia conie-

sta

sta tela c
 sibili pro
 illi Chri
 hæretico
 tuderūt
 sissimè tr
 populi fu
 muni pe
 diarum,
 states, m
 requiem
 losophi
 affuisti, e
 opibus c
 ac parati
 rius, tui
 quondam
 rarunt: t
 zenus co
 liani libr
 thica in
 plusquã
 extinxer
 Aristide
 conscrip
 contra v
 supersti
 ribus ob
 Minuti

Sta tela contempfit, clamores irrisorum, & sibila pro nihilo putauit: te duce fortissimū illi Christi milites fuderunt infinitas tum hæreticorum, tum externorum copias, re- tuderūt eorum furorem, de perfidia glorio- sissimè triumpharunt: te socia tumultuātis populi furias placauerunt, depulerunt à cō- muni peste turbulentissimos fluctus discor- diarum, sedarunt excitatas errorum tempe- states, miseris vexatisque gentibus exoptatā requiem pepererunt: tu Origeni, Celsi phi- losophi superbi tacos impetus propulsanti affuisti, eiūsque veritatis amantē animū tuis opibus confirmasti: te comite, bene animati ac parati Methodius, Eusebius, Apollina- rius, tui præstantissimi alumni, oblatranti quondam Porphyrio os atque fauces obtu- rarunt: tuis Cyrillus, Gregoriusque Nazian- zenus corroborati viribus, septem illos Iu- liani libros, quos ille in expeditione Par- thica in Christum seruatorem euouerat, plusquā canina rabie, faces humani generis extinxerunt: tuis ornamentis Quadratus, Aristides, Iustinus expoliti, elegantissimè conscriptos à se libros pro religione nostra contra vanam & anilem exterarum nationū superstitionem, imperij Romani moderato- ribus obtulerunt: tuis auxilijs Tertullianus, Minutius Felix, Cyprianus, Arnobius, Lactā-

Etius; tuis Miltiades, Didymus, Basilius, Cæsariensis Eusebius, tuis innumerabiles alij, qui nunc dignis pro suo labore præmiis apud Superos fruuntur, tū exterorum hominū tum hæreticorum sese effrenatè iactantem represserunt audaciam. Satis opinor hoc esse laudis, viri ornatissimi, atque ita reputo, vt hoc vos intelligatis à nullo istorū, qui philosophiæ detrahi queruntur, si vitæ integritas laudetur, illam similiter aliquādo esse laudatam. Sed vt eò redeat, vnde nostra manauit oratio, perspicitis, opinor, quāri referat coniungaturne cum virtute philosophia, an turpi funestoque dissidio disiungatur: siquidem vnius accessione virtutis illa multum viribus ad alios bene instituendos, à fœda flagitiosaque vita reuocandos, multum ad sacram Christi Opt. Max. religionem tutandam valet: eiusdem decessione nihil ad hominum mentes permouendas potest ipsa, religionem sæpenumerò quoad eius fieri potest, labefactat. Quòd si copulanda hæc & quasi consocianda sunt, nemo profectò dubitabit quin quamprimùm possit fieri, sit optimum, qui quam consuetudo vim habeat, vnquam audiuerit & quam magna res optimis quibusque a prima ætate assuescere iudicanda sit. Quæ cum vniuersa Societas videret, Ecclesiæ pro sua tenui infirmaque

que parte
rificis, q
sti vicar
téque cor
docerem
qui daren
ter homi
biberent,
niciosa e
turum er
rimos,
quas sing
seruasse
cendum
nes sensu
ferant &
vt bonos
li iuuent
Itaque e
hoc est n
positum
efficere,
dialectic
rum, n
minum
uincia d
tur hom
est. Sed c
mania

que parte adiuuandæ studio ex summi Pontificis, quem vnum in terris supremum Christi vicarium habemus voluntate auctoritateque constituit, vt publicè in Academiis doceremus, eniteremurque pro viribus, vt qui darent nobis operam, cum literis pariter homine Christiano dignas virtutes imbibere, sine quibus illæ vel leues vel perniciosæ esse solent. Et certè quàm turpe futurum erat, cernitis, reperiri magistros plurimos, si minus in his nostris prouinciis quas singulari quâdam curâ videtur conseruasse Deus, certè in aliis, qui ideò ad docendum accedant, vt à vera pietate homines sensim ad omnem impietatem transferant & conuertant: nullum reperiri, qui vt bonos mores inueheret, easdem quas illi iuuentutis erudiendæ partes susciperet? Itaque eò spectat hic omnis conatus noster hoc est nobis in hac docendi ratione propositum, si fortè diuinis auxiliis possimus efficere, vt eadem sit oratorum, poëtarum, dialecticorum, physicorum, mathematicorum, magistrorum vitæ, & proborum hominum officina. Ardua res, non nego: prouincia dura, fateor: non ita facilè flectuntur hominum voluntates, verissimè dictum est: Sed cum conscelerati homines in Germania multisque præterea locis hac vna

re tantum in oppugnanda religione consequantur, speramus nos eadem multo plus in bonis moribus iuandis assecuturos: atque hæc de Societatis animo dicta sint. Ex quibus illud etiam, quæ res Christianissimum Lusitanæ Regem impulerint, ut hoc collegium celeberrimum ei traderet, quæ fuit altera pars propositionis meæ, facile mea sententia cognosci potest. Cogitate enim quo ille studio, hoc literis domicilium erexit, quanta auxerit diligentia, quanta benignitate adornarit, quanta sollicitudine semper, quæ ad illud attinebant, peregerit: quam insolita non humanitate, sed beneuolentia complexus sit, quam liberaliter aluerit doctores egregios, quos ad hunc diem habuistis, tum nostram, si libet, inopiam, ieiunitatem, siccitatem, cum eorum copiis, ubertate, grauissimorum optimorumque verborum flumine ac sententiarum conferte: hoc ipsum, credo, quod ego suspicor; fatebimini, quæ causæ Societatem vniuersam ad docendas publicè bonas artes incitarunt, eandem religionis amantissimum Regem, publicique boni cupidissimum, ut nos in his sedibus collocaret, impulisse. Sperat id quod & nos omnes sperare optarèque debemus, si ad scientiarum vim atque splendorem virtutis salubritas, aut potius sanitas
 accesserunt

accesserunt
 derunt
 rò extit
 tineri q
 adhiber
 linquen
 incredib
 superior
 Christia
 priam o
 guis cor
 clite o
 illæ tan
 ma quæ
 terrore
 trophæa
 & mon
 oris ere
 gestæ, q
 atque c
 vnus tu
 litescun
 dem pra
 solens
 commu
 magni c
 magnæ
 nis pauc
 res; & in

accesserit, aliquid, quale prisca illa secula viderunt & quale nostra etiam ætate non raro extitit, euasurum. Id ut effici facilius & obtineri queat omnia sibi facienda, omnes adhibendas machinas, nihil inuentatum relinquendum esse putat. O rem magnitudine incredibilem, vitio temporum inusitatam, superiori memoria inauditam, dignissimam Christiano Rege, & eius quodammodo propriam omnium gentium literis, atque linguis condecorandam! Silent nunc Rex inclite omnium Lusitaniæ Regum bellicæ illæ tantoperè celebratæ laudes, tacent arma quæ summum ferocissimis nationibus terrorem incusserunt: clara illa & exornata trophæa, illustrium victoriarum insignia & monumenta in disiunctissimis terrarum oris erecta conticescunt: omnes eorum res gestæ, quæ omnium oratorum dicendi vim atque copiam superare videbantur, huius vnus tuæ gloriæ splendore obscuratæ delitescunt. Nam bellandi virtus est illa quidem præclara; sed neque Lusitaniæ genti insolens, & Christianis cum aliis omnibus communis. Itaque & Lusitanis ducibus magni quondam Romanorum imperatores magnæque copiæ cesserunt, & de Christianis paucissimi fuerunt ducibus externis pares: & imperij amplitudo ac maiestas quam

illi mirum in modum auxerunt, non tã mē-
tem atque animum regis, vel eorum, quibus
imperat, quã potentiam quãdã & nomen
exornant. Et nauigandi gloria vltimarum
queterrarum incredibilis peruestigatio, qui-
bus superiorum regum fama Oceanum At-
lanticum extima totius Africæ littora, In-
dumque & Gangem superauit: amplifica-
runt quidem huius regni opes supra mo-
dum, auri, argenti, gemmarum, aromatum
vim penè infinitam & copiam exaggera-
runt, locupletarunt multos fortunis, sed ex-
hauriunt penè quot annis Lusitaniam, pu-
blicos mores affligunt vehementius, anti-
quam illam virtutem debilitant, sicut Ro-
manam olim debilitarunt, vt difficile exi-
stimatu sit, plus ne illa hominum abuten-
tium vitia incommodi attulerint, an eorum
regum qui peruestigarunt, inaudita dilige-
tia ornamenti. At ingenij vis atque gloria,
veraque philosophandi ratio ornant eorum,
in quibus sunt, animos, iis qui cum imperio
sunt plurimum adiumenti afferunt, multos
à finitimis populis trahunt allectos, opes
non imminuunt reiũque copias, mores bene
constitutos conseruant, labentes confirmat,
afflictos excitant, iacentes extollunt, ipsi
denique magnitudini imperij, decori & or-
namento sunt, quæ cum superioribus æta-
tibus

tibus non deessent illa quidem, sed tenebris
obsita laterent, & vix nationes exteræ fieri
posse existimarent, vt Lusitanus homo cla-
rus in hoc genere laudis euaderet, tantam
his lucem tam breui tempore tua singularis
liberalitas & diligentia potuit afferre, vt
quâ re dudum omnibus gentibus aliqua hu-
manitate expolitis, inferiores tui credebantur,
eâ nunc facilè ceteris antecellant. Ita-
que superiores Reges antiquissimam Lusita-
norum laudem virtute sua vel conseruarunt,
vel etiam, quod est verius, auxerunt: tum
illâ non omissâ immò summioperè ampli-
ficatâ multis incredibilibus pugnis, terre-
stribus atque naualibus, maximis & orna-
tissimis hostium classibus: partim vi tor-
mentorum depressis, partim captis, ingen-
tibus copiis, vel fuis, vel ad interuersionem
cæsis, vt nulli de superioribus Regibus bel-
lica laude videaris inferior, nouam illâ qua
multum diu illi caruerant ita perfectam &
absolutam peperisti, vt vix vllum relique-
ris tuis posteris amplificandi locum. Illi
propagarunt Lusitani fines imperij, tu de-
fensos, non dimittens propagandi curam,
æquitate, sapientia, religione munis atque
ornas: illi potentiæ tum suæ, tum suorum
quamplurima, tu prætereà & tui & tuorum
animi longè maiora ornamenta comparasti.

tu variarum cognitione rerum, philoso-
phiæq; ac pietatis copiis, illis suos pecuniâ
ditarunt: facis tu, vt multi à proximis vicin-
isq; populis ad nos pulchritudine disci-
plinarum allecti confluant, illi fecerunt vt
ex solo sedibusque patriis ciues in vltimas
terras commigrarent, illorum rebus præcla-
rè gestis multæ grauésque pestes, ipsis nec
opinantibus, ad optimorû labem morem at-
que perniciem obrepserunt, tu honestis stu-
diis veræque sapientiæ præsiidiis, vt illæ à
calamitate publica depelli possint, elaboras:
illi eo potissimum genere laudis floruerûnt,
quod velimus nolimus, cum multis extera-
rum gentium imperatoribus aliqua ex par-
te communicandum est, tu ea maximè glo-
ria, quæ est omninò propria Christiani Re-
gis enitescis. Quare illorum laudes celebra-
buntur, illæ quidem & immortalitati, quo-
ad fieri poterit, commendabuntur: sed sic vt
cum Alexandri Magni Scipionum, Pauli Æ-
milij, Cæsaris Pompeij rebus gestis com-
parentur: at tua ipsa diuturnitate aucta cum
Philippi primi Christiani Imperatoris,
cum Constantini Magni, cum vtriusque
Theodosij gloria conferetur: qui cum im-
perij Romani maiestate, opibus, potentia,
rerum gestarum gloria, tum multò magis
studio pietatis floruerunt. Dicâ enim quod
sentio,

sentio,
verè,
Lusitan
est fort
latissim
virtutē
rare. Q
tiæ præ
singul
inum
cata te
sacroru
mutati
tissimè
dam re
dio præ
referri
cia lite
se, vel a
sunt ve
& præ
sedulit
copia,
abditiss
orientu
gnition
tanqua
que ho
ita cum

sentio, viri ornatissimi, & vt arbitror, dicam
verè, non deest Ioanni potentissimo Regi
Lusitaniæ par animi virtus & voluntas, de-
est fortasse causa & materia illa campusq;
latissimus quem illi habuerunt, vbi possit &
virtutè suam & mirificã voluntatem decla-
rare. Quod, vt hæc amplissima tecta sapien-
tiæ præter eam, hanc patrium descriptionem
singularum, hunc doctrinæ splendorem, tot
innumeris locis magnificentissimè exædifi-
cata templa, tantam religionis Christianæ
sacrorumq; curam vel hæc hodierna com-
mutatio satis indicat, quã significauit aper-
tissimè, quidquid agat, id ex singulari quo-
dam religionis Christianæ, & virtutis stu-
dio profectum, ad earundem incrementum
referri, non quod in hac præsertim provin-
cia literas vnquam vel à pietate abhorruis-
se, vel ab vlla virtute, credam aut suspicer,
sunt verò illi omnes eximiã quadam gloria
& prædicatione efferèdi, quorum industria,
sedulitate, doctrina, multi partim dicendi
copia, partim acumine disserendi, partim
abditissimarum causarum, vnde res quæq;
orientur, numerorum magnitudinum co-
gnitione ac scientia florentes, ex hoc ludo
tanquam ex equo Troiano exstiterunt. At-
que hoc etiam magis quã cæteri, quòd hæc
ita cum religione, cum Ecclesiæ totius ve-
nera

neratione, cum aliis quæ decent hominem Christianum, copulauerunt, vt multorum, qui docti simul & probi euaserunt, animi virtus atque doctrina eorū diligētiae ac pietati, si qui verò aliter animati atq; oportuit, aut parū docti emerferūt, horū vel inscientia vel improbitas, non optimorū magistrorum culpæ vlli, aut negligētiae, sed ipsorum socordiae deprauatoque ingenio tribuenda esse videatur. Quæ res adeò perspicua illustrisq; est, vt ne dormitantē quidē, nedum vigilantissimum in Reipub. gubernatione Regem potuerit latere. Nouit ille quidē omnium qui hic docuerunt animum & voluntatē: quàm sedulò suum quisque fecerit officium, quā alacritate suæ morem gesserit voluntati, quam vberes fructus attulerit Lusitaniæ iuuetuti, videt, afficietque omnes dignis suo labore præmiis, & eorum iusta ac debita officia maximis beneficiis remunerabitur. Ergo non putauit ille aliter hanc rē literariam administrari, nec quisquam est aliquando suspicatus. Quid igitur? vbi Societatem hoc ipsum, quod illi satis diligenter faciebant, ex summorum Pontificum voluntate profiteri cognouit, & ad id consequendum quibusdam vti remediis appositissimis, quæ alij adhibere non soleant: id nec repudiandum, nec contemnendum sibi esse

esse ar
antiqu
morib
fimi, q
humer
vos ill
alit at
remus
tanta
nebris
Sed en
nuitate
potent
pro sua
sapien
admod
& mari
quodā
tati no
officio
obré ac
cissimis
accipit
nunqua
tissimu
tiam la
id dicit
siderate
inuenia

esse arbitratus est, cui nihil unquam fuisset antiquulus, quam ut literæ una cum bonis moribus flourerent. Ac nos quidē viri ornatissimi, quantum onus hodierno die sit nostris humeris impositum videmus. Verū eadem vos illa spes sustentare debet, quæ nos etiā alit atque sustentat. Quæ nisi adesset caderemus planè animis, viri ornatissimi: nec in tanta luce sapientiæ ignorationis nostræ tenebris locum vllum esse posse putaremus. Sed erigite obsecro vestros animos & tenuitate nostrâ præteritâ, in Dei Opt. Max. potentiâ illos magnitudinēq; defigite. Ille pro sua bonitate ac reconditis illis æternæ sapientiæ consiliis. Societatem hanc initiis admodum paruis ortâ, sic per omnes terras & maria diffusam dilatauit, ut sperare nos quodāmodo iubeat, vires diuinas imbecillitati nostræ insipientiæ sapientiâ, consilium officiosæ temeritati præsidio futuras. Quâobrem adeste animis, viri ornatissimi & paucissimis de omni docendi ratione Societatis accipite. Potest enim id dici, Deum quidem nunquam non esse ad opem ferendam paratissimum, verū nostram interim diligentiam laborem nostrum requiri verè quidem id dicitur, sed vos ea cuiusmodi sint considerate breui, ut finem aliquando nostra inueniat oratio. Atque ut ab humanioribus literis,

In Bruto.

literis, quibus primum iuuenes eruditi solent, exordium sumamus, quoniam omnis doctrina Latinorum, quod nunquam illi negauerunt, à Græcorum literis, quasi fontibus profecta manauit: solent in collegio Societatis, Græcæ literæ cum Latinis, cum primum fieri commodè vtiliterque potest, coniungi. Crebræ vtriusque linguæ exercitationes instruuntur atque magnæ, grauissimi quoque oratores, poëtæ, historici tum ex Græcis, tum ex Latinis explanantur, ratioque à singulis quoad fieri potest, omnium rerum exigitur. Quæ res quantum momenti ad omnium artium ac scientiarum cognitionem afferat, experti norunt. Hoc Marcus Tullius vnus ex Latinis omnibus non orator modò verū etiam philosophus multum maximus, se fecisse ad vtilitatem suam, tum in philosophia, tum in exercitatione dicendi gloriatur: hoc Marcum filium Athenis commorantem vt faciat, hortatur, vt par sit in vtriusque orationis facultate, hoc Marcus Cato ille senex præstantissimum iudicauit, cum ætate iam affecta & graui impediri non potuit. quò minùs se ad literas Græcorum ediscendas conuerteret. Iam in subtilitate differendi, atque omnibus Philosophiæ partibus, præterquam quod optimi quique auctores & in ea facillè principes

1. de Offic.

2. Li. de Sen.

explicatur, constituuntur, assiduæ, maximæ, utilissimæque disputationes de difficillimis rebus, datûrque opera, in his, vt obscura illustrentur, arcana atque abdita eruantur & proferantur in lucem, nodosa & quibusdam quasi tortuosa finibus explicentur: id quod in hac re tenere creditur principatum. Sed quoniam vos diutiùs fortasse quàm par fuit sum remoratus (quod tamen quia causa postulabat, necessariò faciendum fuit, & vos, spero, boni consuletis) tempus admonet vt finem dicendi faciam, vos res singulas meliùs vsus ipse, quàm nostra oratio docebit. Nunc vestræ partes sunt adolescentes optimi, obseruare perofficiôsè, colere peramanter quos habuistis ad hanc diem præceptores, in omnibus philosophiæ partibus illustres, existimaréque nihil eorû charitate debere vobis esse antiquius, quibus pro summis erga vos meritis, pro eorum quæ ab iis didicistis, magnitudine, pro laboribus immensis quos diutissimè vestra causa tolerarunt, par vniquam referri gratia nullo modo possit: nouos autem, qui illis succedimus, ea humanitate non excipere, sed complecti, qua vos ipsi re & exemplo suo faciendum esse docuerunt. Etenim verè mihi videor dicturus, cum vos quasi alumnos eorum disciplinæ, ipsumque adeò Christianissimum

nissimum Regem Lusitaniæ, cuius illi, vt pa-
 rarent voluntati, nullum laborem, nullam
 molestiã recusarunt, eis debere multum, tũm
 nos longè plurimum, quos tantò inferiores,
 quantò omnes videtis, successores tamen in-
 credibili humanitate acceperunt. Atque illis
 quidem pro tam leni officiosoque animo
 Deum Opt. Max. si minùs in hac vita mor-
 tali, at immortalis illa, quæ sola verè vita e-
 xistimanda est, amplissima munera condes-
 surum esse confido. Vos verò studiosi atque
 optimæ spei adolescentes, eorum sequentes
 vestigia exhibere vos tales, quales Philoso-
 phiæ amatores, & iuvenes Christianos esse
 decet, hoc vnum Societas vniuersa quærit,
 hoc à vobis petit, hoc efflagitat, vt Christia-
 nos vos esse recordantes, non contenti va-
 no sapientiæ nomine, omni virtutum ge-
 nere, rerum magnarum scientiam cumu-
 letis, sine quibus nihil solidum satis atque
 firmum, nihil salutare esse potest, hoc
 Rex Christianissimus vestræ publicæque
 salutis omnium studio incensus hortatur,
 hoc cupit atque expetit, hoc pro immorta-
 libus, quibus vos affecit beneficiis suo quo-
 dāmodo iure postulat ac requirit, hoc to-
 ta orat atque obsecrat Lusitania patria ve-
 stra, quæ vobis longè debet esse charissima,
 hoc ipse Christus seruator hominum ex illa,
 in

in qua p
 næ suæ
 clesiæ c
 cieratis
 sumus, p
 nis iuua
 rarum, q
 te, labor
 strinæ n
 tate, no
 bore, di
 ficiamus
 alio nul
 rebus o
 Spiritus
 te proce
 maiesta
 que sacr
 creta Tr
 te ac no
 lij inta
 dicissim
 plum, æ
 cia Mar
 immor
 celi or
 omnium
 dies lat
 scepta

in qua pependit cruce, exposcit, quò doctrinæ suæ lucis aliquid, populis salutis, Ecclesiæ ornamenti afferatis. Ego totius Societatis nomine id vnum vobis quod possumus, polliceor, omnes nos in vestris bonis iuuandis, in amplificanda scientia literarum, quantâ maximâ poterimus sedulitate, laboraturos curaturosq; vt quod alij doctrinæ magnitudine, ingeniorum felicivbertate, nominis sua fama faciebant id nos labore, diligentia assiduitate, cura, studio efficiamus. Nunc te Pater omnipotens, qui ab alio nullo manas, teque Fili Opt. Max. Patri, rebus omnibus æqualis, teque sanctissime Spiritus qui ab utroque in omni æternitate procedis, neutri potestate, dignitate, maiestate, aut alia re vlla inferior, te denique sacra, & ab humanis cogitationibus secreta Trinitas, vnus Deus, cuius potestate ac nomine omnia continentur teque Filij, intacto pudore mater, Patris sponsa pudicissima, augustissimum Spiritus sancti replum, æterni regni particeps regina & sociata Maria, vósque Sancti ac Sanctæ omnes immortales, qui splendissimas arces super cœli orbis incolitis constitutas, quorum omnium causa, vt vestra gloria manet in dies latius, atque latius, hæc nobis est suscepta prouincia, oro atque obsecro, ferse

D

opem pariter nobis cuncteque Lusitaniae iu-
uentuti, subuenite inopiae nostrae, in re tam
difficili atque ardua, diuinum aliquod auxi-
lium & numen ostendite: date nobis eam
mentem (vt multis possimus quam maxime
prodesse adolescentibus, qui nostrae potesta-
ti permittuntur; ardentem iniicite salutaris
doctrinae ediscendae cupiditatem, nolite eos
a vobis supplices abstertere & excludere,
quos vestra praesidia ad audiendum, vestra
multis in rebus cognita perspectaque liber-
tas & ad ferendam opem alacritas, ad sup-
plicandum ac petendum excitabit.

**PETRI IOANNIS
PERPINIANI.**

*Laudatio Funebris Ludouici Principis, Ioannis
III. Lusitania Regis Germani fratris.*

O R A T I O II.



Accidisset utinam Princeps ille Deus,
viri ornatissimi, vt vel id nunquam
accidisset, vt iterum mihi apud
vos hodierno die verba facien-
da essent, vel quando eius per-
missu accidit, vt in hoc ipso loco tam bre-
ui interuzello dicendum sit, sic a rebus om-
nibus paratus accederem, vt illo die, qui
fuit

fuit test
nos omni
nitate ad
cuius nu
cundissim
spectu fr
abstract
laudatio
ius erga
bus deb
stri dolo
& mihi
deo. na
omnibu
nament
tilis, pu
cum plu
affero fa
fricate s
que cum
tunc ea
tis, qua
strum a
excitare
delectat
du, nun
meti pe
strae m
vulneri